

vit, item plerique parochi, adeo nullam Christianae
doctrinæ cognitionem habent, ut dicere etiam pu-
dent. Quid h̄ic Christo respondabitis Episcopi,
qvibus illa cura est divinitus demandata? Vos e-
num estis, qvibus vel solis illa Christiana religionis
calamitas debetur. Vos permisisti ita turpiter er-
rare homines; vestra ea est culpa, qui nibil minus
unquam fecisti, quam hoc, quod vestri offici erat
facere. Nolo h̄ic quicquam mali vobis imprecari.
Ea autem annon est summa impietas cum maximâ
impudentia conjuncta, quod unicam tantum spe-
ciem Sacramenti ac vestras traditiones urgetis, hoc
prorsus contemnitis & negligitis, an illi, qui vestre
fidei & curæ commendaci sunt, orationem Domini-
cam, Symbolum Apostolicum aut Decalogum tene-
ant, nec ne? Væ, vae Vobis. Per D̄Eum igitur o-
mnes vos parochios & concionatores rogo atque ob-
testor, ut serio vestrum faciatis officium, & ut divi-
nitus vobis commendate plebis agatis curam. Quod
cum relictissimè feceritis, si unà nobiscum hunc Cate-
chismum vulgo, præsertim autem junioribus, incul-
cetis. Hæc Lutherus, cum Scholarum Ecclesia-
rumq; ut ipse met loquitur, visitatorem ageret,
de temporum suorum barbarie, qvæ tum ple-
rosque Doctores & qve ac auditores, in his pro-
vinciis, occuparat, passim ingeminat. Sed aliter
sieri nequit, cum aut minus idonei docendi mu-
neri admoventur, aut, qui rebus præsunt, in offi-
cio sibi divinitus demandato negligenter ver-
santur, & nec ipsi, qvid ad fidem & salutem ob-
tinend